



Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

253. Christus de sui, serpentis instar ænei, exaltatione Nicodemum edocet.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

II. Dixerunt ergo Iudæi : Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud ? *Ioan. 2. Vers. 20.*

III. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus. *Ioan. 2. V. 21. & 22.*

MEDITATIO CCLIII.

Christus de sui, serpentis instar anei, exaltatione Nicodemum edocet.

I. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. *Ioan. 3. Vers. 14. & 15.*

II. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. *Ioan. 3. V. 16.*

III. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. *Ioan. 3. V. 17.*